

DECRETUM

Feria II. Die 12. Junii MDCCCXXVI.

*S*acra Congregatio Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA DUODEGIMO, sanctaque Sede Apostolica Indici Librorum pravae Doctrinae eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in Universa Christiana Republica Praepositorum, et Delegatorum habita in Palatio Apostolico Vaticano, damnavit, et damnat, proscripsit, proscribitque, vel alias damnata, atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit, et mandat Opera, quae sequuntur:

- L'Esprit de l'Eglise ou considerations Philosophiques, et Politiques sur l'Histoire des Conciles, et des Papes, depuis les Apotres jusqu'a nos jours; par de Potter. *Decr.* 12. Junii 1826.
- Memoire a consulter sur un systeme religieux, et politique tendant a renverser la Religion, la Societe, et le Trone, par M. le Comte de Montlosier. *Decr. eod.*
- La scienza della Legislazione del Cittadino Gaetano Filangieri. *Decr. eod.*
- Teologisch-politische abhandlungen von Spinoza freye Uebersetzung und mit anmerkungen begleitet von

- Dr. Z. A. Kalb. = *latine vero* = *Tractatum Theologico-politicorum Spinosae versio libera cum annotationibus Auctore Z. A. Kalb. Decr. eod.*
- Meine Ansichten von der Bestimmung der Domkapitel und von dem Gottesdienste in den Cathedral = *Kirchen vom Domkapitular Dr. Franz Oberthur = latine vero = Mea Sententia super institutione Cathedralis, nec non Divini Cultus in Ecclesiis Cathedralibus Auctore Canonico, et Doctore Francisco Oberthur. Decr. eod.*
- Erste Lesenbungen für Elementar-Schulen Durch Z. P. Mayst Pfarrer zu St. Johann etc. = *latine vero = Prima legendi Exercitia pro Scholis elementaribus collecta et ordinata per Z. P. Mayst. Decr. eod.*
- Nuovo Galateto di Melchiorre Gioja *Decr. eod.*
- Idee sulle opinioni Religiose, e sul Clero Cattolico *Decr. eod.*
- Storia di Andrea Dunn Cattolico Romano Irlandese *Decr. eod.*
- Novelle di Autori Senesi. *Decr. eod.*
- Rome in the nineteenth centuries = *latine vero = Roma Decimoini saeculi. Decr. eod.*

Itaque nemo cuiuscumque gradus, et conditionis praedicta Opera damnata, atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere, vel retinere audeat sed Locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere tentatur, sub poenis in indice librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PPAE DUODECIMO, per me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA Decretum

35
probavit, et promulgari praecepit. In quo-
rum fidem etc.

Datum Romae die 17. Junii 1826.

F. X. Card. Castillioneus Praef.

Loco † Sigilli

Fr. Alexander Angelicus Bardani Ord. Praed.
Sac. Congre. Secretarius.

Die 30. Junii 1826. supradictum Decretum af-
fixum, et publicatum fuit ad S. Mariae su-
per Minervam, Basilicae Principis Apostolo-
rum, Palatii S. Officii, Curiae Innocentianae
valvas, et in aliis locis solitis Urbis per me:
Aloysium Pitorri Apost. Curs.

Joseph Cherubini Mag. Curs.

